

1076.

1292 d. 23 Juli.

Stockholm.

Konung BIRGERS vidimation af Kon. Magnus I:s bref och stadfästelse på en till Ärkedjeknedömet i Linköping gifven gård.

B. 3. 94.

BYRGERUS dei gracia Sweorum gothorumque Rex Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volumus vniuersis Quod nos litteras dilectj patris nostrj dominj M. bone memorie, non cancellatas non rasas non abolitas nec in aliqua suj parte viciatas vidimus in hec uerba. *Se N:o 991.* Quia ergo nobis euidenter constet & ad plenum dictum dominum siggonem dictam curiam cum omnibus suis pertinencijs necnon & communitatibus predictis in suj testamento archidyaconatus in ecclesia lincopensi contulisse Nos dictam donationem ratam habere volentes dictas communitates ad archidiaconatum in ecclesia lincopensi perpetuo volumus pertinere & hoc per presentes litteras confirmamus In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum stokholm. Anno Dominj Millesimo Ducentesimo nonagesimo secundo in crastino beate marie magdalene.

1077.

1292 d. 25 Juli.

Skällwik.

Ärkedjeknen SUNES i Linköping qvitto å 110 mark wadmal, som han af Biskop Lars uppburit och som Biskop Bengt var honom skyldig.

A. 6. a. 2. 9.

Omnibus presentes litteras inspecturis. SUNO archidiaconus lincopensis salutem in domino. Constare uolo quod centum decem marcas. wadmalie recepi a domino nostro episcopo laurencio in quibus mihi tenebatur predecessor suus episcopus benedictus. Scriptum skældewich. anno domini. M^o.CC^o.XCII^o. Die beati jacobi apostoli.

Sigillet andeligt.

1078.

1292 d. 30 Juli.

Biskopen LARS i Linköping intyg om Herr Svante polks byte af jord med Hospitalet i Norrabygd.

B. 3. 168.

Omnibus presentes litteras inspecturis LAURENTIUS dei gracia episcopus lincopensis salutem in domino Constare volumus euidenter quod recogno-

Sv. Diplom. II.

uit in iure coram nobis dominus swantapolkus quod cum hospitali norra-
bygdh hanc fecit commutationem videlicet quod dedit eis VIII hastas in
oknabek VIII. hastas in thorp. et duas hastas dimidia vna minus in el-
ghiarwm. Et pro istis recepit ab eis totum illud quod hospitale dictum ha-
buerat a sigmundo Elauī filio in halabý in osgocia, Dedit insuper eisdem
dominus swantapolchus totum quod possedit in paruo oknabek. Exceptis
tribus insulis dictis olznø løno et wæderø In cuius euidentiam sigillum
nostrum vna cum sigillo domini swantapolchi presentibus duximus appo-
nendum Datum anno domini MCC.XCII die proxima post Olauī.

1079.

1292 d. 11 Aug.

Tönsberg.

Norska Konungen ERIKS och Hertigen HÅKANS försäkran, gifven Lybeckarne på fri handel å
befästa ställen Hunals och Hialm i Halland. K. e. 12. 133.

ERICUS dei gratia Rex Norwegie & Haquinus eadem gratia Dux Nor-
wegie. Aduocato Consulibus & communi Ciuitatis Lubec salutem in Do-
mino sempiternam. Volentes vt incole ciuitatis vestre per castra nostra
Hunals in Hallandia & Hialm transitum facientes securitatem habeant ple-
narum in rebus suis pariter & personis prefectis & aduocatis ac aliis in
eisdem castris existentibus per literas nostras precipiendo mandauimus fir-
miter & districte ac illud idem quod sequitur dilecto Consanguineo nostro
Domino Jacobo Comiti Hallandie necnon & Stigoto Marscalco diximus &
iniunximus viua voce quod si qui sint ibidem qui cuiquam de vestris in-
colis tenentur in aliquibus debitis obligati debent illa sine difficultate &
dilacione aliqua soluere requisiti. Quod si pro loco & tempore aliqua ibi-
dem duxerint venalia predicti castrenses non debent ab ipsis aliqua vio-
lenter recipere sed emere prout habere poterunt de beneplacito venditoris
& expedite soluere prout conuentum fuit inter eos. Sed si forte vestris
non placeret res suas & merces ibidem vendere licentiam habent & pote-
statem liberam ipsas quocumque eis placuit deferendi. Dictis igitur ca-
strensibus sub obtentu gratie nostre precipimus firmiter per presentes, vt
ea que prediximus diligenter obseruentur sicut gratiam nostram diligunt &
fauorem. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa
Datum Tunsberg anno Domini M.CC. Nonagesimo secundo in Crastino Lau-
rentii Martiris.